



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

125. Quis interfecit adulterum inventum cum uxore, postea vult Ordinibus
initiari; quæritur, an egeat dispensatione pro irregularitate ex illo
homicidio contracta? Et docetur quod licitum est Patri, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

2. Verum his non obstantibus negativam sententiam docet Sotus de *justi.* lib. 5. *quest.* 1. art. 9. & alij decem Doctores quos adducit & sequitur Sayrus de *cenfur.* lib. 6. cap. 17. num. 18. quibus ego addo Petrum Cornejo in 3. part. D. Thome tractat. 5. de irregularit. *disput.* 4. dub. 1. *quest.* 3. Iacobum Gordonum in Theolog. mor. tom. 2. lib. 7. *quest.* 18. cap. 10. §. 2. num. 72. Avilam par. 7. *disput.* 5. *sect.* 3. dub. 3. *conclus.* 1. Turrianum de *cenfuris* lib. 9. *disput.* 65. dub. 2. Lessium lib. 2. cap. 9. dub. 15. numero 106. Mercadum de *contract.* lib. 6. cap. 4. & novissime Hurtadum *disputat.* 2. de irregular. *difficult.* 10. num. 36. ubi sic ait: Quamvis occidens dederit occasionem alteri ut ipsum invadat, ut adulteriando cum uxore invadentis non est irregularis. Ratio est, quia ex Clem. si furiosus de homicidio, absolute & sine ulla distinctione habetur, quod qui se invadent occidit pro defensione propriæ vitæ cum moderamine inculpatæ tutelæ, non est irregularis: ergo, &c. Dicendum est igitur absolute quod etiam quando quis sua culpa se ingessit in necessitatem, ut ad defendendam vitam suam opus sit occidere invasorem, non est irregularis. Vnde ex his Sayrus benignè multos casus interpretatur. Primò quando quis alterum ignavie accusat, vel ad pugnam provocat opprobriis. Secundò quando quis furatur, & postea volendo desistere à furando occidit dominum bonorum volentem illum occidere. Tertiò quando quis ivit ad bellum injustum, postea verò ut propriam vitam defenderet, occidit militem contra se venientem. Quartò quando quis ingerit se volendo eripere reum à ministris iustitiæ, vel impedire ne capiatur ab eis, & postea opus est ut se defendat à dictis ministris volentibus ipsum occidere, & defendendo se occidit aliquem. In his & similibus casibus dicendum videtur supradictos non incurere irregularitatem, ut observat Sayrus loco citato; sed an probabiliter, remitto me iudicio aliorum, aliqui enim non approbant dictos casus, ut videre est apud Petrum Cornejo in 3. part. D. Thome tractat. 5. de irregularit. *disputatione* 11. dubitat. 2. *quest.* 3.

3. Non desinam tamen hic adnotare Conineh de Sacrament. *disputat.* 8. dub. 9. numero 64. Layman *señtion.* 5. tractat. 3. cap. 10. num. 1. Suarez de *cenfuris* *disputat.* 46. *señtion.* 1. numero 12. supradictas pugnantibus sententias fœdere distinctionis reconciliare, asserunt enim tunc talem fieri irregularem, quando potuit antè prævidisse ex tali occasione se futurum in morali periculo aut occumbendi, aut occidendi. Secus autem esse, quando omnino sibi persuadeat nullum tale periculum hîc & nunc subesse, quia in priori casu homicidium fuit voluntarium in causa, secus autem in secundo: sed absolute secundata sententiam negativam probabilem esse puto cum Portel in *dubis regular. verb. homicidium*, numero 32. dummodo, ut observat Turrianus loco citato, homicidium fiat sine peccato, & cum moderamine.

RESOL. CXXV.

Si quis interfecit adulterum inventum cum uxore, & postea vult Ordinibus initiari, quaritur, an egeat dispensatione pro irregularitate ex illo homicidio contracta?

Et docetur quod licitum est patri, marito, & fratri occidere filiam, uxorem, & sororem, & adulterum cum eis commissum.

Et deducitur, quod non est compellendus ad Sedem Apostolicam ire qui in Clericum cum uxore, matre, sorore, vel filia propria turpiter inventum manus injecerit violentas.

Tom. V.

Et infertur peccare semper mortaliter, contra iustitiam patrem, & maritum, qui adulteros occidunt propria auctoritate.

Et idem dicendum est, si ante latam sententiam iudex illis eos tradat, occidendos.

Et notatur, quod secundum jus Codicis non datur marito facultas occidendi conjugem, sed adulterum, & quod uxorem accuset. Ex part. 11. tract. 6. & Misc. 6. Ref. 28.

§. 1. **E**T negativè videtur respondendum; quia non desunt Doctores asserentes non solum in foro externo, sed etiam in foro conscientie tale homicidium non fuisse illicitum. Ita Alverius de *Resate* 4. part. *statut. quest.* 19. ubi se à multis Religiosis audivisse ait Theologorum sententiam esse, occidentem malefactorem juris auctoritate, non peccare; quasi tunc interfector se ut legis minister & executor habeat: quare non solum non peccare asserit, verum mereri. Nec displicet Iasoni (qui prædicta tradit) in *leg. ubi pactum*, num. 16. *cod. de transact.* Idem docet Antonius Gomez, *leg. 8. Tauri*, num. 52. & 55. Castillo *leg. 82. Tauri*, num. 6. in fine *Menchaca lib. 1. controversi. cap. 6. num. 2. Azevedus lib. 2. recopilat. tit. 20. leg. 1. in fine, & lib. 4. tit. 10. leg. 1. num. 21. Barbosa in leg. si ab hostibus, §. finali. numero 56. tom. 2. pag. 129. col. 2. ubi ait, leges in ea re maritos, & patres executores facere delicti, quamvis nulla præcedat sententia, & iustissimas esse ob bonum commune, pacemque publicam Republicæ, & citat pro hac parte Felinum in *c. qua in Ecclesiis*, num. 13. de *confi.* idem tenet Iulius Clarus, *lib. 5. sent. §. homicidium*, num. 5. *vers. sed hoc quidem*, ubi alios citat, & Sà *verb. Homicidium*, num. 15. ubi sentire videtur hoc esse probabile. Et novissime hanc sententiam tenet Pater Thomas Hurtado *Var. tom. 2. tract. ult. ref. §. 7. num. 204.* ubi sic asserit: Licitum est Patri occidere propriam filiam conjugatam, & adulterum ei commixtum si eos, vel in sua domo, vel in domo generi reperiat actualiter adulterantes; nam civiles leges non solum impunitum relinquunt Patrem ita occidentem, sed etiam ei conferunt ad talem occisionem potestatem, & pœnæ executorem constituunt. Ita expressè *leg. 21. 22. & 23. ff. de Adulteriis, leg. Gracchus 4. Cod. de Adulteriis.* Item tenent leges Hispanicæ *leg. 5. tit. 20. l. 8. & leg. 2. tit. 20. lib. 8.* & aliæ plures, quas refert Covarruvias de *matrim. 2. par. c. 7. §. 7.* Quamvis verum sit quod secundum jus Codicis non detur marito facultas occidendi conjugem, sed adulterum, & quod uxorem accuset. Quam sententiam defendunt Antonius Gomez *leg. 52. Tauri*, num. 12. *Menchaca in controversi. lib. 1. cap. 6.* & dicit esse probabilem Lessius *lib. 2. de iust. cap. 9. dub. 3. num. 16.* & Salmanticæ anno 1617. eam tutaverunt graviores Cathedraici Primarij Legistæ illius universitatis, alij esse veram, alij probabilem, & nulla censura dignam asserentes, ut refert Legionens. *lib. 9. de matrim. cap. 15.* Et ego etiam idem tunc existimavi, & subscripsi. Et ita omnes Auctores, qui plures sunt, & quos citant Thomas Sanchez *lib. 10. de matrim. disp. 8. num. 39.* & Sà expurgatus intelliguntur, quod non liceat marito auferre vitam uxori adulteræ auctoritate propria, benè tamen auctoritate publica, & regia, quia constituitur publicus minister Republicæ ad tuendas res proprias, occidendo si ita necessum sit, invasorem, & latronem, honor autem facultatibus præfetur, *leg. Iulianus ff. si quis omis. causa.* Et ita omnia argumenta, quæ asserit Basilius Legionensis, numero 5. possunt solvi facillimè ex hac tradita doctrina. Hucusque Pater Hurtadus. Ergo si tale homicidium non fuit in se peccaminosum, dicendum est non induxisse pœnam irregularitatis.*

2. Confirmatur ex caput. Si vero alienus, de sent.

7. Excom

Sup. hoc in
tom. 2. tr. 6.
in Ref. 23.

Sap. hōc sup. i. in rr. 2. Ref. 1. 3. 4. lin. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836.

Excommunication. vbi sic habetur: Nec ille compellendus est ad Sedem Apostolicam venire, qui in Clericum eum uxore, matre, sorore, vel filia propria turpiter inventum manus iniecerit violentas. Ceterum si in stupro, vel adulterio, quod committit cum ea, quæ ipsum ita proxima copulationis linea contingit, cepit, aut in eum violentas manus iniecerit, non erit à sententia illius excommunicationis immunis. Hæc ibi. Ergo si tales non incurrunt in tali casu Censuram Canonis, ut observat Toletus lib. 1. *summa*, cap. 33. num. 1. Suarez *comp. de censuris disp. 22. sect. 1. num. 34.* Sylvest. *verb. excommunicatio. 6. num. 6. §. 10.* Cardosus in *praxi de iudicij. verb. excommunicatio*, num. 20. Bernardus, in *tract. de concubinato*, fol. 267. num. 5. Covarruvias lib. 2. *variarm cap. 10. numero 8.* Iulius Clarus lib. 5. *sentent. §. finali. quæst. 77. numero 11.* Claudius in *leg. ut vim, §. de iust. & iure*, num. 85. Menochius de *arbitr. quæst. casu 419. num. 92.* Cevallos communis contra communem, *quæst. 833. num. 310.* Ergo dicendum in casu nostro homicidam de quo loquimur in irregularitatem incurrisse. Et ita in terminis ex rationibus adductis tenet Stephanus Fagundes in *Decalog. tom. 1. lib. 5. capit. 10. numero 31.* vbi sic asserit. Idem mihi planè videtur dicendum de irregularitate; non enim ob huiusmodi occisionem, irregularitas ex delicto homicidij voluntarij incurritur, sicut enim non incurritur excommunicatio, ita nec irregularitas, parci enim Ecclesia his pœnis propter iustissimum dolorem, non reputat hoc homicidium tam ex voluntate, quàm ex vehementissima passione factum propter iustum dolorem, quia textus ita loquuntur de huiusmodi percussoribus, & interfectioribus, ac de illis, qui se iuste defendunt; constat autem eos, qui alios se iuste defendendo occidunt nullam excommunicationem, aut irregularitatem incurrere, ut diximus in hoc libro, cap. 3. num. 1. *vers. Quod verò.* Et hæc opinio habet pro se omnes Doctores, qui dicunt licitum esse in foro conscientie patri, marito, & fratri occidere filiam, uxorem, & sororem adulteras simul cum adultero, quicumque ille sit, in adulterio inventas. Ita Fagundes loco citato.

3. Sed hæc opinio apud me habet maximam difficultatem; nam ut ego olim * docui, & nunc iterum doceo cū Pénico adversus Patrem Hurtadum, & citatos Iurifconsultos, supradictam sententiam procedere in foro externo, non autē in foro conscientię, & ideo puto semper peccare mortaliter contra iustitiam patrem, & maritum, qui adulteros occidunt, sua propria auctoritate: Et ideo dicendum est, si ante sententiam latam Iudex eos illi tradat occidendos. Hanc tenent Sanchez lib. 10. de matrimon. disp. 8. num. 3. D. Thomas in 4. distinct. 37. quest. 2. artic. 1. in corpore. D. Bonaventura art. 2. quest. 1. Victoria in summa, ubi de matrimon. num. 292. Veracruz 3. part. speculi art. 4. Sotus in 4. dist. 37. quest. unic. art. 3. conclus. 1. & lib. 5. de dist. g. 1. art. 3. ad 1. Aragonius 2. 2. quest. 64. art. 3. ad 2. Rodriguez tom. 1. summa in 2. edit. cap. 206. num. 9. Sā in quest. verb. Homicidium. n. 15. Gutierrez lib. 2. qq. pract. fin. 1. numero 22. Petrus Navarra lib. 2. de restitut. cap. 3. part. 2. in nova edit. dub. 8. num. 206. Navarra in summ. Hispan. cap. 15. num. 3. in fine. Covarruvias in 4. Decret. 2. p. 5. num. 9. Probatur ex c. inter hæc 33. q. 2. ubi Nicolaus Primus, ait licere secundum leges mundanas, non tamen secundum Ecclesiasticas uxorem adulteram impune interficere. Secundo, quia leges civiles solum ob vehementem dolorem huiusmodi homicidia impune fieri permittunt, at leges permittere aliquid impune fieri, minime à culpa excusant, ut lacissime, multis adductis exemplis, confirmat Titaquellus leg. 9. connubialis, num. 1. & seqq. aliud enim est ad vitanda maiora peccata, & scandala, permittere

aliqua minora : aliud illa præcipere, vel concedere licentiam ad illa perpetranda , ut patet ex meretriciosis publicis ; permittunt enim leges civiles meretrices in Republica Christiana ad evitanda maiora peccata, & scandala adulteriorum, & sodomie : non tamen hæc permisso illas à peccato excusant, nec excusare possunt, nec illorum actum facere potest licitum. Tandem, quia iniustum est parte non audita, & ante latam sententiam concedere generale, vel specialem facultatem perimendi reum. Quomobrem inquisitio fieret iudex, si ante latam sententiam adulterij id concederet parentibus, aut maritis eorum, quæ in adultério reperiuntur.

4. Nec obstat dicere quod leges humane expresse concedunt facultatem perimendi bannitos non auditos : ergo poterunt etiam hanc facultatem concedere circa adulteros. Respondeo esse diversam rationem, quia banniti sunt hostes republicæ, & nec capite nec accusari possunt: adulteri non sunt hostes Republicæ, & capi, & accusari possunt. Confirmatur luperius dicta ex doctrina Doctorum afferentium illum maritum, qui privata auctoritate adulteros in seclere detrehendens enecat, teneri damna restituere ad aliorum homicidarum instar, quia peccat contra iustitiam. Ita Petrus Navarra, *lib. 2. de restitutione*, cap. 3. per. 3. in *nova edit. dub. 8. m. 207.* Sanchez l. 1. de *matrim. disp. 8. m. 41.* Bañez 2. 2. *quest. 64 art. 3. dub. 2. in solut. ad 3. Parisius conf. 15 4. num. 12. & numero 41, lib. 2.* Socius *lib. 2. conf. 34.* alientes peccatum hoc esse contra iustitiam. Et ita hanc sententiam præter Doctores à me alibi citatos, tenet novissime doctissimus Magister Marcus Serra in 2. 2. *D. Thome 9. 64 art. 3.* Amicus & *num. 1.* in *Conf. Theol. com. 5. disputat. 36. f. 12. numero 21.* & Ioannes Vviger de *iustit. & iur. tract. 2. cap. 1. dub. 5. num. 14.* ubi rectè dicit ab hac sententia communem in questione tam practica, & tanti momenti non esse recedendum. Et ita etiam docet Ioannes Pontius omnino videndus in *Conf. Theolog. disput. 52. quest. 5. conclus. 3. numero 22.* Hinc sequitur maritum teneri ad restitutionem propter interfectionem adulteri in foro conscientie, & hunc posset licetè se defendere, ac etiam, si aliter evadere nequeat, interficere maritum tanquam in iustum in valorem in foro conscientie. An verò esset irregularis, si interfecisset, ita convertitur, Super hoc ubi utraque pars sit probabilis, & propterea potest occidere per amplexum partem sibi magis favorabilem. Ergo cum in casu nostro homicidium illud fuerit in conscientia illicitum, & mortaliter peccaminosum, ut probatum est, sequitur consequenter, penam irregularitatis induxisse, atque ideo supradictum homicidam non posse ordinibus initiari, nisi prius dispensationem irregularitatis obtineat.

R E S O L. CXXVI.

An, si Clericus, vel Religiosus aggressus occidit inveni-
rem, prater peccatum mortale, incurrit irregularita-
tem, si fugere possit?
Et an in hoc casu non peccet contra iustitiam, sed contra
Charitatem tantum?
Et advertitur, quod in predicto casu nihil est distinguen-
dum inter Clericum, & laicum, ubi uterque ad occiden-
tum iustum aequali premente necessitate, aliquem occi-
dit, &c. Ex parte 11. tractatu 6. & Milc. 6.
Ref. 29.

S. I. **A** Pud me certum est nihil prolius distinguendum esse inter laicum & Clericum, ubi enim uterque ad occasionē iustā æquali premente necessitate, sive metu impendentis mali, sive obligatione vi-